

www.e-rara.ch

Dialogorum Platonis argumenta

Tiedemann, Dieterich

Biponti, MDCCLXXXVI [1786]

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 2796

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-32325>

Hipparchus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

quae sunt similia, cum prorsus iisdem permutando; existere scilicet inter eos, qui solo differunt numero, amicitia vix potest, ut nec inter eos, inter quos exigua tantum intercedit similitudo.

HIPPARCHUS.

AD philosophiae studium accensurus Hipparchum, definiri sibi ab eo, quaenam sit lucri cupiditas, Socrates petit; refutatisque, quaecunque ab eo afferuntur, definitionibus, dubitare eum, cognitaque ignorantia, ad eam pellendam applicare animum, cogit. Est adeo hic dialogus proxime antecedentibus similis eo, quod quaestioni non satisfit: in quibus omnibus idem, qui Cartesio, Platoni est scopus, dubitationis ope ad inquirendum accuratius & studiosius verum, audientes accendere. Primam Hipparchi definitionem, lucri cupidos seu studiosos esse, qui lucrari e rebus vilibus & nullius pretii student, ideo Socrates respuit, quod prudens sciensque nemo lucrari cupiat, unde lucrum vix ullum potest facere, suntque quaestus cupidi homines astuti & a stultitia longe remoti. Definitioni secundae, lucri cupidos esse, qui ob infatibilem aviditatem rebus exigui pretii ac exilibus vehementer inhiant; praeter modo commemoratum, id quoque opponit, quod istiusmodi homines res nullius pretii lucrantes, damnum sibi, quod nemo sanus facit, essent illaturi. Propius ad verum etsi accedat definitio tertia, qua quaestuosi dicuntur, qui lucrari student e rebus, unde bonus vir ac probus nemo facere lucrum auderet, non omnino tamen Socrati satisfacit, cum lucrum omne sit bonum; boni viri, bona cupientes, lucra etiam expetant; nullumque adeo probos inter & improbos, quoad lucri studium, possit discrimen intercedere. Neganti deinde Hipparcho lucrum omne esse bonum, lucrum tamen omne

esse lucrum, nullumque, quod sit magis vel minus lucrum, reperiri; quaestum porro omnem esse rem, aut nullis aut minoribus impensis, quam sit ipsius pretium, acquisitam; unde sequi, omne lucrum, sive sit bonum, sive malum, prodesse, malumque revera lucrum esse nullum, Socrates obiicit. In omni praeterea lucro est pretium maius eo, quod est ei impensum, pretium autem quod habet, dignum est quod possideatur, & quod ut acquiratur dignum est, utile, adeoque lucrum omne utile est ac bonum. Efficitur denique, bonos viros probosque omnem expetere quaestum; falsum esse, quod modo dixerat Hipparchus, quaestuosum inde studere lucrari, unde probus nemo facere lucrum cuperet; homines omnes esse quaestus cupidos, neminique verti hoc opprobrio posse. Cum quod his opponeret non haberet Hipparchus, victus dat manus; etsi conclusiones has Socratis non respondere logicis regulis licuisset ei respondere; cum quaestus quidem omnis utilitatis sese specie commendat, non sit tamen omnis honestus, adeoque nec revera utilis, etsi vel maxime utilis ab avaris habeatur; quod enim caret honestate, a vera quoque & omnimoda est utilitate remotum.

M E N E X E N U S.

MENEXENO iuveni adhuc, ad rempublicam nihilo fecius, quod in philosophia ceterisque disciplinis satis iam sibi videretur versatus, accedere iam paranti, Socrates e curia redeunti obviam factus, agitasse Senatum de eligendo, qui defunctorum pro patria laudes oratione funebri celebraret, oratore, ex eo audit: quam rem cum Menexenus admodum iudicaret difficilem, quod ex tempore ferme oratori esset dicendum, magnamque de oratoribus haberet existimationem; non esse admodum difficile respon-